UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Didymo. 204.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

αἵματι τὴν τράπεζαν αὐτοῦ καὶ καρδίαν ἐφοίνιξε. καὶ πάντα τὰ ἄλογα τῶν ἀνθρώπων ἐγκλήματα, οἴνου ἐστὶν ἀποβλύσματα. τί τὴν αὐθαίρετον ἐφέλκῃ μανίαν, καὶ οὐ τὴν σώφρονα περιλάπτεις συμμετρίαν; περιέπεις.

Διδύμῳ. σδ.

Ὥσπερ ἡ ῥιπτομένη ἐν θαλάσσῃ σαγήνη, διάφορον ἔχει τὸν συγκλεισμὸν τῶν γενῶν τῶν ἰχθύων· οὕτως ἡ αἰώνιος τοῦ χριστοῦ βασιλεία, τὴν ἐκ παντὸς ἔθνους ἀνθρώπων πληθὺν δεχομένη, ἀνάλογον τῇ πίστει τὴν σωτηρίαν ὁρίζει, οὐ γένους ἀξιοπιστίᾳ, οὐκ ἀξίας σεμνολογίᾳ, οὐχ ἱερατείᾳ, οὐ βασιλείᾳ ἀναξίᾳ τῆς κλήσεως τὴν τρυφὴν διανέμουσα, ἀλλὰ τρόπῳ καὶ βίῳ πρὸς καθαρότητα νεύσαντι, καὶ πρὸς τὴν θήραν τῶν ἀληθῶν ἁλιέων ὁρμήσαντι. οὐκ ἀξίᾳ οὐ.

Τῷ αὐτῷ. σε.

Τὰ καλὰ συνάγεται εἰς ἄγγη καὶ τὰ κακὰ ἔξω βάλλεται τῆς σαγήνης, ἐρευνωμένης, φημί, τῆς τοῦ κυρίου ἐκκλησίας, ἐπειδὴ πάντες τῷ χριστῷ ὀνόματι ἐσφραγίσθησαν· καὶ εἰς μίαν ἁρμονίαν ἡνώθησαν. καὶ συνάγεται μὲν εἰς ἄγγη, τουτέστιν εἰς τοὺς αἰωνίους μονάς, τὰ ἐν ἀληθείᾳ διαμείναντα φρονήματα. ἔξω δὲ βάλλεται τῆς βασιλείας τὰ αἱρετικά, καὶ τῆς ὀρθῆς δόξης ἀντίθετα.

Εὐτονίῳ. σϛ.

Ὁ στατὴρ ὃν ὁ Πέτρος ἐκ τοῦ βυθοῦ λαβεῖν ἐκελεύετο ἐν τῷ ἰχθύϊ κρυπτόμενον, τὴν μορφὴν ἡμῶν ἐδήλου καλυπτομένην τοῖς πάθεσιν, ἣν ἐν ἑαυτῷ πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ἀνακαλεῖται ὁ κύριος· ἀνθ' ἑαυτοῦ δὲ τοῦτον δοθῆναι προσέταξεν, ὡς γεγονὼς ἄνθρωπος τοῖς ἡμῶν ἅπασιν ὑποκείμενος. οὔτε βασιλεῖ συγχωρῶν ἀντιτάσσεσθαι ἀβλαβῶς ἐπιτάσσοντι, καὶ τῆς θεϊκῆς δυνάμεως τὰς ἐνεργείας ἐπιδεικνύμενος.

cruore menſam ſuam ac pectus tinxerit, & denique omnia hominum veſana crimina à vino promanent, quid tu voluntarium furorem accerſis, ac non pudicam & temperantem moderationem amplecteris? *Eccleſ. 19. & 31.*

Didymo. 204.

Quemadmodum ſagena, quæ in mare proiicitur, varia piſcium genera concludit: Eodem modo ſempiternum Chriſti regnum ex omnibus hominum nationibus multitudinem excipiens, pro fidei ratione ſalutem cuique conſtituit: non generis authoritati, non dignitatis amplitudini, non ſacerdotio, non regno hac appellatione indigno delicias tribuens, verùm moribus ac vitæ, quæ ad puritatem propenſa fuerit, atque ad verorum piſcatorũ prædam ſe contulerit. *Matt. 13.* *Matth. 4.*

Eidem. 205.

Bona in vaſa colliguntur, mala autem extra ſagenam proiiciũtur: nimirum cùm Domini Eccleſia excutietur, quandoquidem omnes Chriſti nomine conſignati, atque in vnam compagem & commiſſuram copulati ſunt. Et quidem in vaſa, hoc eſt, in ſempiternas manſiones, colliguntur animi qui in veritate perſtiterunt: extra regnum autem proiiciuntur hæretici, rectéque doctrinæ aduerſarij. *Matt. 13.*

Eutonio. 206.

Stater ille, quem in piſce abſtruſum Petrus capere iuſſus eſt, formam noſtram vitioſis affectionibus coopertam deſignabat, quam Dominus in ſeipſo ad primigenium exemplar reuocat. Suo autem nomine hunc dari præcepit, vt homo effectus, atque omnibus noſtris conditionibus ſubiectus: nec Imperatori, cùm ea imperat, quæ minimè noxia & pernicioſa ſunt, obluctari permittens, & diuinæ potentiæ vim ac facultatem oſtendens. *Matt. 17.* *Quid ſtater ſignificet.* *Regi noxia non imperanti parendũ.*